fectior omni alio actu respectu imperfe-
ctoris conclusionis. Et eodem dico de
obiectis incōplexis distinctis speciei q̄
actus perfectissim⁹ respectu perfectioris
obiecti est melior oī actu respectu imp/
fectioris obiecti: sicut perfectissimus ac-
tus qui elicitur circa angelū est perfec-
tior omni actu qui elicitur circa hominē
hoc probo. quia illi sunt alteri⁹ speciei
& perfectissimus actus respectu imper/
fectioris obiecti non est perfectior per/
fectissimo actu respectu perfectioris: si
cuit manifeste patet: ergo cum necessa-
rio vnu actus sit perfectior alio: ex q̄
differunt specie. sequitur q̄ actus perfe-
ctissimus respectu obiecti perfectioris ē
perfectior actu pfectissimo respectu ob-
iecti imperfectioris. Quod aut̄ isti act?
differant specie probatur quia actus cō/
trarii respectu eiusdē obiecti differūt spe-
cie: sicut actus errandi & sciendi: ḡ mul-
timagis actus perfectissimi obiectoru᷑
distinctorū distinctigūtur specie. Si dicat
quod actus respectu cōplexorū sunt al-
terius speci nō aut̄ incōplexorū. Contra
non est maior rō de istis q̄ de illis 3°:re-
terea tunc actus beatificus esset eiusdē
speciei cum actu naturali dilectionis:
qui ambo sunt respectu incōplexorū. Si
militer visio creature fm illud posset eē
beatifica. quia si sit eiusdē speciei cum vi-
sione dei posset intendi quoisq; veniret
ad equalē gradū cum visione beata. 2d
ar⁹ principale dico q̄ talis modus ar-
guendi nō videt nisi quando contingit
complere ordinate processum in infini-
tum hoc ē q̄ actu respectu presupponit

Necessario actus infinitos respectu infi-
nitorum obiectorum habentium ordinem
scdm perfectionem in maiorem et minorem sic
autem non est in pposito sicut patet manifeste
quod potest deus intelligi vel diligi post vel
ante quodcumque obiectum creatum: et ideo
quando diligitur necessario actus est
finitus. Contra si actus respectus in
finiti sit finitus et aliis actus respectu a
quod est obiectum creatum. similiter
est infinitus cum actus respectu in/
finiti excedit actum respectu a in du/
pla proportione potest tunc deus face/
re aliquod obiectum in duplo perfectius
quam a et sit b. tunc actus perfectissimum re/
spectu b. sed predicta excellit perfectissi/
mum respectu a in duplo et iterum faciat
aliud obiectum excellens b. in duplo et sit
c. tunc actus perfectissimus respectu c ex/
cellit actus perfectissimum respectu b. in du/
plo. et per consequens cum per casum po/
situm actus perfectissimus respectu b.
est equalis actu qui est respectu infiniti:
sequitur necessario quod actus perfectissimus
respectu c. sit perfectior. actu re/
spectu infiniti in duplo. et ita actus re/
spectu finiti excederet in perfectione ac/
tum respectu infiniti. Ad illud mul/
tipliciter potest responderi. vno modo ponen/
do statu in speciebus distinctis scdm per/
fectionem tunc casus positus non est pos/
sibilis. et ideo si actus respectu infiniti excedit
actus respectu a quod est in dividendo super/
me speciei in dupla perfectione non po/
test de facere aliam in duplo perfectius
et ita sed filiam viam evanescatur arithmetica.
Si contra illud est illa difficultas de pro/
cessu in infinitum intentionem per actus re/
fertos quarum quelibet prior est imp/
fectior omnibus posteriori et hoc dico pro-

pter obiectum perfectius. quia actus re/
ctus habet albedinem pro obiecto. ille ac/
tus est perfectior quam albedo ergo primus
actus reflexus est perfectior quam rectus
propter perfectius obiectum cadere ratione 2^o
actus reflexus est perfectior quam primus
et sic de omnibus: ergo potest esse processus in
finitum in obiectis distinctis specie. sed ma/
iorum et minorum perfectiorum. Ad illud
potest dici quod in talibus est processus in ifi/
nitum: et tamen nunquam peruenitur ad ali/
quem actu eque perfectum sicut est actus
respectu infiniti. et hoc est quod sunt alterius
rationis. Nec unum naturale est equari alterius in
perfectione. Si dicatur actus respec/
tu infiniti excedit actu rectum in certa pro/
portione quantitatis ponamus in viceversa
tunc sic. primus actus reflexus excedit
actus rectum in tanta proportione. et 2^o exce/
dit prius in tanta. et 3^o sed omne finitum per additionem infinitorum eiusdem
quantitatis transcendetur. ergo deuenietur
ad aliquem actu reflexum qui erit perfectius
illo actu respectu infiniti. Respondeo et dico quod proprie loquendo de propor/
tione. non est concedendum quod ille actus re/
spectu infiniti excedit actu rectum in ali/
qua proportione. quia hoc solus verum
est ubi conuenit ponere partem eam et
inequalem. per quam compositionem fit aliqd
perfectius sicut est de duabus partibus
aque et ignis et albedinis et consimilium
In pposito autem est excessus unius ac/
tus ad aliud sed se totum et totaliter: ita quod
quilibet pars unius excedit totum aliud. non so/
lum specie sed perfectione: sicut quelibet
pars albedinis est perfectior tota nigre/
dine. Similiter dico quod alia ppositio
accepta omne finitum et habeat veritatem
in illis que sunt eiusdem rationis: in quibus

27

vnū vere additur precedingi: sicut pars
aque & pars albedinis: albedini precedingē
ti ubi conuenit ponere partē equalem:
& aliā partē excedentē. Non aut h̄z lo-
cum in illis in quibus pōt procedi ut in
finitū 2^m perfectōem per additōem nō
aliquoꝝ eiusdē quantitatī: sed aliquo-
rum que fin se tota sunt inequalia. & ta-
men nunqꝫ peruenit ad aliquam ma-
gnā perfectōem: quia nō ad perfectio-
nem minime subē: & sic est in proposito
de actibus reflexis. Sed adhuc ar-
guitur ppo^m ubi aliquid additur secū-
dum glosam tuā: quia si alius dolet d̄
aliquo tristabili tanto plus dolet de ma-
iori: puta plus dolet homo q̄ punitur
per duos dies q̄ per vñū & sic deinceps.
& per consequēs in infinitū per infinitū
tempus dolebit: & tamen hic additur pars
doloris alteri parti. Adreterea habi-
tus remissus reddit difficultatē voluntati
& intensior maiore. ergo aliquis reddit
impotē vel impos^m ad vincendum
appetitū sensitū. Ad primū illorum
dico q̄ possibile est q̄ aliquis tantū tri-
stetur & non plus de pena finita extensi-
ue q̄s alius homo vel idem alio tempo-
re de pena infinita. Et si arguas q̄ si
dolet hō tantū de hoc fin rectā rōe idē
homo plus dolebit de maiori. Respō-
deo q̄ possibile est q̄ aliquis doleat fin
rectā rōem tantū timore pene finite q̄s/
tum alius homo vel idem homo. alio
tempore timore pene infinite. Cuius rō
est quia quelibet creatura est limitata &
iō pōt in tñ effectū & nō in maiorem. et
ideo quando peruenit ad vñū in quod
pōt: tunc nihil plus. Ettra rō dictat
q̄ plus debet dolere de pena infinita q̄s
finita. Dico q̄ nō: sed dicit q̄ plus de-

b̄ et dolere n̄ possit. Consimiliter pōt
dici q̄ talis homo qui est in vñimo ac-
tu: ita intenso potest appetere visionem
dei per paruum tempus: sicut p̄ infi-
tum tempus propter defectum virtutis
sue. Si dicat pono q̄ deus causet do-
lorem de pena infinita: & desideriū de vi-
sione duratura in infinitū quia cuꝫ ipse
non sit limitatus potest causare dolores
infinitum de illa infinita pena. Dic
potest dici dupliciter. Primo q̄ quacū
q̄s tali qualitate causata a deo potest de-
us facere intensiorem in infinitum. sed
nunqꝫ erit status ad infinitum. Taliē
potest dici n̄ sit status in augmentatione
forme q̄ oportet dare aliquem actū: ita
intensum respectu obiecti finiti sicut re-
spectu obiecti infiniti. Ad secundum
potest dici q̄ habitus non potest facere
difficultatem voluntati. quia si sic hoc
esset per actionem aliquam pductuam
vel destructuam quorum neutrū po-
test poni in proposito. sed voluntas com-
muniter sponte sine omni coactione se/
quitur passiones. & hoc vocans sancti
generare difficultatem voluntati. Si
dicat q̄ tunc non plus esset culpabilis:
voluntas sequens parvam passionem
q̄s magnam. Respondeo. potest
dici q̄ non magis culpabilis est prop/
ter difficultatem quam ingerit volun/
tati. sed est magis laudabilis. quia plu/
ra mala sive passiones tristabiles vult
pati pro deo. & magis culpabilis quis
pauſiora vult patienter tollerare aduer-
sa: vel quia plures & maiores delecta/
tiones fugit est magis laudabilis. Et
magis vituperabilis. quia pauciores &
paruas non fugit sed acquiescit. Alter
pōt dici q̄ habit⁹ igerit voluntati diffi-

cultatem. Et concedo q̄ habitus potest esse ita intensus q̄ inclinaret voluntatē sufficenter ad actū conformē appetitui sensitivo. ita q̄ nullomodo potest ī cōtra rium. Nisi forte sit status in augmento passionis. et tunc forte voluntas pōt vincere sup̄mā passionē. et per p̄sequēs quā libet remissiore. Et forte appetitus sensitivus nō est capax talis habit⁹; vel passiōnis vltra certū gradū quez voluntas pōt vincere. Et scđm prīmā viāsi habitus pōt augeri tantū. q̄ necessitatet voluntatē oport̄ dicere q̄ in tali casu non peccaret: nō tñ careret libertate. qz respectu alioꝝ obiectoꝝ posset peccare: et ita esset respectu istius obiecti si habitus vel passio illa remittatur. Ad aliud ar⁹ precedingens pōt dici aliter q̄ aliꝝ actus respectu finiti pōt esse perfectior illo actu qui est respectu infiniti.

Decimaquarta questio.

TRIUM DE MORALI

bus pōt esse sc̄ia demonstrativa. q̄ non qz de illis q̄ subiacent voluntati nō pōt esse sc̄ia demonstrativa moralia sunt hmōi igit̄. Cōtra moralia sunt sc̄ia. In ista questioē prīmū exponā vnū terminū questionis. 2° ponā vnā distinctōem. 3° ad questio nem. Circa prīmū dico q̄ morale ali quādo accipit large: p̄ actibus hūianis qui subiacent voluntati absolute: et sic accipitur in decretis di. p. c. mo. et patet in glo. Alter accipitur magis stricte pro actibus subiectis p̄tati voluntatis. 2⁹ naturale dictamen rōnis et 2⁹ alias circumstātias. Circa scđm sciendū q̄ moralis doctrina habet plures partes: quarū vna est positiva: alia est n̄ positiva

Scientia moralis positiva est illa q̄

stinet leges humanas et dīnas que obligant ad p̄sequendū vel fugiendū illa: q̄ nec sunt bona nec sunt mala: nec quia sunt prohibita et imperata a maiori cui⁹ est leges dare. Sed sc̄ia moralis non positiva ē illa que sine omni precepto superioris dirigit acī humanos: sicut principia per se nota: vel nota per experientiam sic dirigunt sicut q̄ omne honestum est faciendū. et omne in honestū est fugiendum: et hmōi de quibus loquitur aristoteles in morali phīa. Circa tertīū dico q̄ moralis scientia positiva cuiusmodi est scientia iuristay nō est demonstrativa q̄uis sit a scientia demonstrativa ut in pluribus regulata. quia rationes iuristarum fundantur super leges hūianas positivas que non accipiunt propositiones evidēter notas. Sed scientia moralis non positiva est demonstrativa. p̄bo: quia oīs noꝝ deducens p̄clusiones syllogisticē: et principiis p̄ se notis vel p̄ experientiā scientis est demonstrativa doctrina moralis et hūismōi ergo maior est nota minor probatur quia multa sūt principia per se nota in morali phīa puta q̄ voluntas dī se conformare recte rationi q̄ omne malū est fugiendū: et hūismodi. Similiter per experientiam sc̄iuntur multa principia sicut patet sequenti experientiam. Et vltra dico q̄ illa est certior multis aliis pro quanto quilibz potest habere maiorem experientiam de actibus suis q̄z de aliis. ex quo patet q̄ ista est scientia multū subtilis utilis et evidens. Ad principale dico q̄ de illis que subiacent voluntati possunt formare propositiones vere et per se note que multas conclusiones possunt demonstrare.

Questio decimaquinta.

27

Trum actus appetit⁹ sensitiv⁹
drānt a passionibus q̄ sit. q̄
actus appetitus sensitiv⁹ ipan-
tur a voluntate: s̄ passiones nō impant
ergo. Contra. pluralitas nō est ponenda si
ne necessitate: s̄ oīa possunt saluari sine
tali pluralitate; et distinctione actuūz et pas-
sionū. ergo t̄c. Ad questionēz dico q̄ i
appetitu sensitivo passio et act⁹ nō drānt
q̄ p̄batur quia scdm phm. 2º ethico: u
in aīa nō sunt nisi po⁹ habitus et passio
sed passiones non sunt. nec potentia nec
habit⁹. g⁹ sunt actus. Item ista ponū
tur passiones: gaudiū timor. dolor. spes
et amor: sed tales sūt actus. g⁹ t̄c. Itē
phūs vbi prius dicit sic. Dico sūt passio-
nes q̄ admodū p̄cipiscentiam. timorem
iram. audatiam. inuidiā. gaudiū. amiciciā
odium. desideriūz. zelum. et iustiā. et oīa
ista sunt actus appetitus. g⁹ t̄c. Item
passiones sunt refrenāde per habit⁹ vir-
tuales. sed sufficit refrenare act⁹. g⁹ t̄c
Sed contra hoc arguitur multiplicit⁹
Druño⁹ quia tūc q̄to aliquis esset ma-
gis passionatus. tanto eliceret plures ac-
tus virtutis: si passio sit actus virtutis.
Item hūis virtuosi sunt elicitiui actu-
um. et nō sunt elicitiui passionū: sed ma-
gis moderatini. Item virtutes sunt
circa passiones: sicut circa oba⁹. et nō sūt
circa actus. g⁹ t̄c. Item ppter pas-
siones nec laudamur nec vituperamur: s̄
pter actus laudamur. g⁹ t̄c. Item ea
dē virtus est circa passiones p̄rias: si
cū fortitudo ē circa tio res et audacias
sed eadem virtus nō habet simul actus
contrarios. g⁹ t̄c. Item virtus habet se-
dare passiones et nō extingue et habet
excitare actus. quia causat ergo. Idem
patet de fame et siti. Item tunc passiones
possent ponī in voluntate sicut actus bo-

ni et mali ponūtur in voluntate quod est
contra omnes. quia ab oībns ponūtur
solum in appetitu sensitivo. Item phi-
losophus dicit. xº ethicorum q̄ delecta-
tio est perfectio operationis g⁹ nō est ope-
ratio: sed certum est q̄ est passio igitur.

Ad prīmū istorum dico q̄ duplicit̄ ac-
cipitur passionatus. uno⁹ large pro ha-
bente passiones quascūqz. Alio⁹ stricte
p̄ habente passiones in clinantes contra-
rectam rationē. Neut⁹ magis passio/
natus est magis virtuosus. quia quādo
q̄z virtuosus habet paupiores actus. q̄z
mūgat quādoq̄z actus appetitus sensiti-
vi. Alter potest dici q̄ magis passio/
natus quando op̄z. vbi op̄z: et scdm ali-
as cīrcostancias est magis virtuosus. q̄z
talis passionatus plures actus virtuo-
sos elicit. ex quibus generatur virtus: s̄
magis passionatus quādo nō op̄z t̄c. nō
est magis virtuosus. ppter hoc quia ta-
lis plures actus viciosos elicit. Ad ali-
ud dico q̄ habitus virtuosi sunt causati
actuum. et similiter moderatiui actuum
in ordinatorum. Ad aliud dico q̄ vir-
tutes p̄tis sensitivē non sunt circa passio-
nes sicut circa oba⁹ sed sunt elicitive et
causative actuum qui sunt passiones.
Oba⁹ autem habituum sunt illa q̄ sunt
oba⁹ actuum elicitor̄ ab habitu. et ḡna-
tiuorum habit⁹. vt si actu appeto come-
dere: tunc obm⁹ istius actus et habitus
generati ex illo actu est ipsa comestio.

Ad aliud dº q̄ ppter passiones mode-
ratas vel in moderatas laudamur vel
vituperamur: quando sunt in potestate
nostra vnde tales actus sive passiones nō
defiant sibi laudem vel vituperiūz. ita q̄
conveniat eis intrinsece s̄ solum quadā
denominatione ex trincecca per cōformi-
tatem ad vocationem vīsīosaz v̄l virtuo-

sam. sed talis passio est laudabilis q̄ si
elicitur s̄m debitas circostantias. Et vi
superabilis: quādo elicit s̄m circostan
tias indebitas. Ad aliud dico q̄ non
est virtus sensitiva vna numero que in
clinat ad actus circa timores et audati
as. sed vna inclinat ad timores et alia ad
audacias. Ad aliud dico q̄ virtutis ē
excitare et cāre passiones virtuosas et
refrenare viciosas reducēdo ad me^m de
bitaz̄ circostantiaḡ. Ad aliud pate
bit post. Ad aliud dico q̄ fames et si
tissunt actus appetitus sensitivi: qz sūt
desideria virtualiū. Ad ultimū dico q̄
phi. nō vocat opatōem. actu appetitus
sensitivi: sed cognitōe sensitivā. vel opa
tōem vegetatiue. vel alia opatōem que
pōt eē sine sensu. Ad principale dico q̄
tam passiones laudabiles q̄ vituperabi
les iquant a voluntate virtuosayl viciosa

et eius actus. ergo nihil aliud a voluntate
est sufficiē subiectū et prī^m talis habit⁹
Ad retrea quilibet actus ad quē inclinat
quicqz h̄itus in appetitu sensitivo pōt
eē mal⁹ ppter malā intentōem volūta
tis. sicut patet de se et p̄ p̄ns ad eliciendū
actū laudabile p̄ currit volūtas: g° nihil
aliud a voluntate ē sufficiēs prī^m tal' ac
tus. 2^m pbo quia quilibet p̄ frequētia⁵
actū i appetitu sensitivo exigit se ma
gis inclinatū ad p̄siles actus q̄ ante: g°
oporet q̄ aliquid sit in illo appetitu qd
prius nō erat vel saltez extra voluntatē
oporet aliqd ponere. Itē qn p° aligs
est exercitatus in actibus virtuosis si po
stea careat v̄su rōis et fiat furiosus vel
stultus: manifeste p̄ q̄ talis inclinatur
ad p̄similes actus quos prius exercebat
s̄ hoc nō pōt eē sie h̄itu derelicto extra
volūtate vel sine oī alia re derelicta p̄
actus laudabiles. Sed tūc est dubiū qd
est illud quod remanet post act⁹. Rn^o
q̄ nō sufficiēter pōt pbari q̄ sit aliquid
exīs in appetitu sensitivo: salte quantu³
ad multos actus virtuosos. q̄ pōt ponē
sufficienter q̄ sit aliqua qualitas vel q̄li
tates corporales inclinatē ad actus ta
les Qd pbo q̄ illud q̄ pōt induci sine oī
actu appetit⁹ sensitivi: nō est necessario
ponendū subiective in appetitu sensitivo
sed om̄e quod possum⁹ experiri in no
bis pōt eē in nob̄ sine oī actu appetit⁹ se
sensitivi. ergo et̄. maior est manifesta mīor
pbatur. q̄ oīs talis inclinatio pōt induci
per artē medicinē et p̄ alias vias. Nam
medici per artē medicie dīminuit p̄cupi
scientiā et sic disponit ad actus castos.
Dat etiā q̄ tales inclinatōes auferū
tur et generantur p̄ trāsmutatōem cor
poralē: puta per generatōem vel corrū
ptōem caloris vel frigoris sine om̄i actu
appetit⁹ sensitivi ergo et̄. Ad retrea p̄

Decimafesta questio.

Trum in alio a voluntate sit
habitus virtuosus. q̄ nō: qz
sola voluntas est subiectum
virtutis. ergo nō est in aliquo alio. An̄s
p̄. qz soli voluntati aliqd demeritū ipu
tatur. Cōtra in appetitu sensitivo sūt
actus virtuosos ergo et habitus virtuosos.
Ad istā qōem dico q̄ h̄itus virtuosus
duplicē accipit. Vnomō p̄ aliquo ha
bitu qui mediāte p̄gnitōe. et pō³ cui⁹ est
habit⁹ sufficit ad eliciendū actu laudab
ilem. qui nullomō est elicit⁹ actu virtu
perabilis. Alio mō dicitur habitus vir
tuosus magis large p̄ oī habitu sūne q̄
cāqz nato cāri ex actibus laudabilibus
Adrō^o nō est in aliquo alio a voluntate
sed secūdo^o est in aliquo alio a voluntate
subiective. Ad^m pbo qz ad eliciendū ac
tu laudabile semp̄ voluntas requiritur

29

magnū exercitiū actū appetit⁹ sensiti/
vi si corpus transmutatur per infirmi-
tatem. vel comedionē vel potionem:
ita fortes passiones insurgunt ⁊ actus in
appetitu sensitivo: sicut si nunq̄ habuis-
set aliquos act⁹ laudabiles. Et h⁹ ē fre-
quenter quia per comedionē calor aug-
mentatur. ⁊ frigus diminuitur: ex quo
catur talis actus appetit⁹ sensitivi. Qd
nō esset verū si tales habitus inclinantes
ad actus virtuosos poneretur in appeti-
tu sensitivo. qz tūc illi habitus mittiga-
rent tales passiones. ⁊ ideo dico qz ex ac-
tibus appetitus sensitivū nullus habit⁹
immediate gnatur subiective ex nō in ap-
petitu sensitivo. qz mlti habitus imme-
diatē gnatur ex actibus apprehensivis.
Nec post multos actus appetitivos ex-
peritur quis se magis inclinat⁹ ad con-
similes actus immediate p habitus. s3 so-
lum mediate. Huta qz appetit comedere
vel bibere: tūc post comedionē alicuius
calidi experit se magis inclinat⁹ ad
actus concupiscentie qz ante actū ap-
pendi. Sed dubiū est quid est illud quod
manet tē p talea act⁹ appetitivos. Ne
spōdeo sm phm qñqz passiones sunt su-
phabūdāles ⁊ tūc ad eliciendos act⁹ vir-
tuosos oportet aliquā qualitatē in hoīe
destruere que ad opoītos actus incliat:
⁊ illa qualitas frequenter est calor. Erē-
plum intēperatus ⁊ incontinentē in qui-
bus passiones concupiscentie abūdant p
maceratōem carnis. ⁊ subtractōem vic-
tualiū remittit illā qualitatē inclinatiū
ad passiones concupiscentie. Et forte eo ipso
qz tale principiū inclinatiū remittitur et
destruit. generatur simul cū hoc alia qli-
tas corporalis inclinās ad actus tēpe-
ratos: vtrū aut̄ ita sit. vel non. ⁊ qualis
debeat esse illa qualitas pertinet princi-

paliter ad medicos. qui plures experi-
tias de mutatioē corpore humanoē de-
bent habere. Si aut̄ sunt passiones defi-
fientes tūc prius gnatur aliquid inclina-
tiū ad tales passiones. sive aliqua qua-
litas precedens corrūpit: sive nō quia
forte semp aliqua qualitas corporalis
corrūpit: sed actus appetitus sensitivū
non sunt immediate generati talis quali-
tis inclinantis ad actus consimiles: sed
solum mediate. Sed aliis act⁹ posterio-
res actibus appetitivis generat immedi-
ate tales qualitates inclinantes ad
passiones. Exemplum aliquis fri-
gidus nō habens actum caliditatis nisi
remissum ppter frigiditatē appetit co-
medere cibaria calida que causant ali-
quas qualitates corporales: que incli-
nant ad consimiles actus appetitus sen-
sitiū quos prius habuit: tunc ille quali-
tates corporales nō causant immediate
ab actibus appetēdi cibum. sed ab illis
cibariis. Illud totū habet marime ve-
ritatē in virtute tēperantie. ⁊ in actibus
eius. quia eius actus suscitatur ⁊ impe-
diuntur per trāsmutatōem corporalem.
puta per comedionē vel abstinentiam.
Vtrū aut̄ pslr sit d̄ aliis: ⁊ quō ita ē nō
mō est dicēdū ppter pliritatē. Credo tñ
qz eodemō est in aliis virtutib⁹. Nec
video aliquā necessitatē ponēdi quēcū
qz habitū immediate generatū ex actibus
appetit⁹ ⁊ inclinantē ad pslmiles actus.
Ad ar⁹ p̄cipiale p̄ ex dictis qz act⁹
est in appetitu sensitivo. nō tñ habit⁹ qz
nō oīs actus est generativus habitus.

Questio. xlvi.

Trūz passiones sint in volūta-
te. qz sic qz act⁹ si i volūtate. ⁊
passiones sūt act⁹ si c̄dictu⁹ est pri⁹: ergo

Contra. passiones solum sunt in appetitu sensitivo: ergo non in voluntate.

Dic primo expono ynu terminu q/ stionis. 2° ad questionē. Circa primum dico q/ per passionē intelligo oēm for/ mā exētem in potētia appetitiua natā re/ gulari rōne recta ad hoc q/ sit recta que requirit actualē cognitōem ad sūn esse existentie: vel aliter. Passio est aliq for/ ma distincta a cognitōe exīs subiective in potentia appetitiua requirens cogni/ tionē actualē ad sūn esse existentie p/ p^m excluditur cognitio actualis. quia i^a nō est passio per 2^m oēs habitus intellec/ tuales & opationes vegetatiue per tertiu habitus in voluntate: quia possunt eē si/ ne actuali cognitione sicut patet in dor/ miēte. Et isto sequitur q/ tam act^o ap/ petitus sensitivū q/ actus voluntatis: q/ etiā delectatio & tristicia que sunt in vo/ luntate sunt passiones quia omia talia sunt forme distincte a cognitione: & sunt subiective in potentiis appetitiis. & sūt regulabiles recta ratōe mediate vel im/ mediate. Et requirunt actualē cognitio nem: ad eōꝝ existentiā. Circa 2^m dico primo q/ passiones sunt in voluntate. q/ amor & spes timor & gaudium q/ cōiter ponuntur passiones. sunt in voluntate. Similiter delectatio & tristicia que etiā ponuntur passiones sunt in voluntate. Secundo dico q/ quedā passiones volun/ tatis distingūtur ab actibus & quedam nō. Amor aut & spes nō distingūtur ab actibus. quod p/ p/ inseparabilitatē illo rum ab actibus: sed sunt actus immedia/ te eliciti a voluntate & ab habitibus vo/ luntatis. Sed delectatio & tristicia di/ stingūtur ab actibus. q/ patet ex hoc q/ act^o voluntatis p/nt remanere sine delecta/ tōe & tristicia sicut p/ de demone qui in/

tentissime diligit se. & tū in hoc nullomō delectatur. Similiter angelus bon^o b/ nolle respectū alicuius quod evenerit: sicut nollet hoīem peccare ad cuius custo/ diā deputatur. Et cum peccat mortalē ex hoc nullomō tristatur: quia sicut in dānato nulla est delectatio: ita in beato: nulla est tristitia. Sed delectatio & tri/ sticia non possunt esse sine actibus natu/ raliter. quia ab illis causant & conseruat. ergo ille forme sunt passiones & nō actus. Sed contra predicta: quia secun/ dum p/ hī ppter passiones nec lauda/ mur nec vituperamur. sed per oēm for/ mā exētem in voluntate laudamur v/ituperamur. ergo: R̄ideo q/ phi. in/ telligit de passionib⁹ sensitivis. que nō sunt in p/āte nostra: cuiusmōi sunt act^o appetitus sensitivū subrecticīi. puta time/ re: irasci: quibus statim homo capitūr facta apprehensione obiectoꝝ Nec sunt in potestate sua sicut est etiā dolere. gau/ dere. que conveniunt pueris & factuis: q/ nō habent v/ suz rōnis. ideo ppter talia nec laudātur nec vituperant. Tales au/ tem actus subrecticīi simpliciter nō sunt in voluntate: quia oēs actus qui sunt in voluntate sunt in p/āte voluntatis. Id ar^m principale nego assumptū. q/ passiones aliq sunt in voluntate.

Questio xviii

Trum vlr sit tanta d^o ecūnū q/ta habitū & econverso q/ nō. q/ actus intēpan^e sunt di/ stincti. intēpan^a que est habitus. ē vna ergo &c. **C**ontra. habitus generatur ex actibus. ergo ex distinctis actibus ge/ nerātur distincti habitus. **D**ic pre/ mitto vna distinctōem. secundo ad que/ stionē. Circa primum dico q/ habitus

27

Dupliciter accipit large et stricte. Large accipiatur propter qualitate generata post actus. que tamen potest generari sine actu. et talis habitus est subiectus in corpore: et non in anima. quia post quoscumque actus appetitus sensitivus generatur quedam qualitates corporales non immediate ab illis actibus. sed mediatis aliis actibus posterioribus. que tamen qualitates generari possunt sine actibus appetitus sensitivus sicut aliquis carens inclinatione sufficienti ad comedendum per loco et tempore. per actus comedendi cibum caratur per alterationem et actionem alimenti. aliqua qualitas in corpore inclinans ad actu appetendi cibum et comedendi cibum. et illa qualitas non causatur ab actu comedendi: sed ab actione alimenti immediate. Et illa qualitas nata est causare esurie. que quando expedit potest causari mediatis aliis causis. puta a ceto. herba et huiusmodi. Alii accipiunt stricte per habitum immediate generato ex actu. qui habitus aliter generari non potest. Habitus primo accepti sunt in corpore. etiam in parte apprehensiva. Secundo modo sunt in voluntate.

Circa finem dico quod quod non est de habitu primo accipiendo sed secundo. Quantum ad istum intellectum dico quod tanta est distinctio actuum quamta habituum. et conuerso quod per hoc Tum quod distincti habitus specie argumentant distinctos actus specie. quod non esset nisi esset equalis distinctio inter illos. Tum quia conuerso distincti actus specie causant distinctos habitus specie. quod patet ex hoc quod habitus generatus ex ipsis actibus non inclinat immediate nisi ad proximiles actus et non ad alios actus. Et alias habitus generatus ex aliis actibus inclinat ad alios actus. ergo et ceterum. Preterea eae eiusdem rationis potest in effectus eius rationis

Si habitus generali ex actibus frequentati non possunt esse eiusdem speciei. per de habitu respectu complexi et incomplexi: respectu principii et conclusionis. ergo nec actus potest esse eiusdem speciei. Preterea aliquis potest scire principium et errare: circa conclusionem: si non potest scire et ignorare principium. Ergo habitus principii et conclusionis non solum distinguunt numerum sed species: et actus similiter. Si dicat quod causa diversae spei potest in effectu eiusdem speciei. et per unius actus distinguuntur species: non tamen habitus. Ceterum. sicut actus sunt cause habituum: ita habitus sunt cause actionum. et per unius numerus erit via ad perbanduz distinctionem specificam inter habitus et actus. Preterea nisi obiectorum distinctorum specie essent habitus et actus distincti species: non posset permaneri distinctio specifica: inter quoscumque habitus vel actus. quod habitus et actus obiectorum eiusdem speciei sunt eiusdem speciei. Et si habitus obiectorum diversae speciei sunt eiusdem speciei: oes habitus eent eiusdem speciei. Preterea si sic tunc habitus respectu unius obiecti posset inclinare ad actu respectu alterius obiecti alterius rationis: quia si cause sunt eiusdem rationis potest in effectu eiusdem rationis: et per unius non plus esset cognitio similitudo unius obiecti quam alterius. Preterea cognitione musce et albedinis differunt species: ergo oes. quoniam eadem est ratio de ipsis et de omnibus. Preterea respectu eiusdem obiecti numero. potest esse cognitiones alterius speciei. per de cognitione intuitiva et abstractiva. ergo multo magis respectu obiectorum distinctorum species. Ideo dico quod semper tanta est distinctio actuum: quamta habituum et conuerso. Et ideo si diversorum obiectorum species sint distincti actus species: erunt diversi habitus.

specie. Et si habitus aliquorum obiec/
torum sint eiusdem speciei et actus erunt eius/
dem speciei: et ideo respectu eiusdem prin/
cipii tam actus quam habitus in diversis ut
lectibus sunt eiusdem speciei. Sed con/
tra illam rationem de scientia et errore:
quia dilectio unius hominis stat cum odio
alterius: et non respectu eiusdem. et tamen
ille dilectiones non sunt alterius rationis.

Nedo licet dilectio mei non sit cum
odio mei tamen dilectio consimilis dilec/
tioni mei: puta dilectio alterius hominis
stat cum illo odio. In proposito autem cu[m]
errore unius conclusionis non stat sci/
entia eiusdem nec aliqua noticia eiusdem
rationis. Si dicat quoniam aliqua sunt eius/
dem speciei quicquid stat vel repugnat
unius et alterius. Sed dilectiones duorum ho/
minum sunt eiusdem speciei per te. ergo. Nedo.
vera est quicquid unius repugnat: co/
simile repugnat alterius. Ite non idem modo
est in proposito. Ad principale dico. quoniam
actus temporales sunt specifice distincti.
ita et habitus: sicut postea patebit.

Questio decimanona

Trum hec propositio. plata a
sacerdote in missa. hoc est cor/
pus meum. sit vera de virtute
sermonis. quod non quod quero quod demonstra/
tur per hoc pronomen hoc: aut corpus Christi
et tunc est falsa: quod quoniam perfertur hoc pronome/
num: non est corpus Christi in eucaristia. g.
Et tunc demonstratur corpus Christi illa pro/
positio est falsa. Aut demonstratur aliud
a corpore Christi: et tunc adhuc est falsa. quod
nihil aliud a corpore Christi est corpus Christi.

Ecce nulla falsitas est in quocun/
que sacramento ergo et ceterum. Ad illam que/
stionem dico primo quod hoc pronomen demon/
strativum non est significativum nisi ex inten/
tione pferentis et ideo ex hoc quod pferens vo/
caliter pronomen demonstrativum intendit

dicitur simode demonstrare unum vel aliud
aliter et aliter. est iudicandum de veritate/
te propositis in qua ponitur tale pronomen non
significat aliqd per se ex primaria institu/
tione: sicut cathegoremata. puta homo:
vel asinum nec significat cum alio sic finca
puta plura plementa et adverbia. Secundum
quod oī propositi vocali corrindet aliqua pro/
positio metalis. His suppositis dico tunc
ad quodcumque ista proposito. plata a sacerdote
vera est. quod sacerdos debito pferens de/
bet intendere demonstrare corpus Christi per
pronomen. platum hoc. Sed in eis sacerdos una
propositio mentalē format in illo. scilicet vlt
pore quo in quo perfertur hoc pronomen
et ait in fine piationis istius proponit:
hoc est corpus meum: quod si ante finem pro/
piationis huius propositonis. puta in mea
piationis vel in principio vel in debito
formare propositio mentalē: in qua predi/
catur si non supponens per corpore Christi de/
primum demonstrare idem corpus debet for/
mare tale propositio mentalē hoc corpus
quod erit statim sub istis speciebus: si ista
propositio debite pferatur: est corpus et
ita propositio metalis de futuro formata per
illo vel quo tempore quo perfertur pronomen
est simpliciter vera: sed in fine istius pia/
tionis debet formare istam propositiōem: si de/
bito procedat hoc corpus ex his sub istis
speciebus: est corpus meum. ita quod prima pro/
positio sit de futuro: et secunda de pntiis: hic
sunt aliqua dubia. Primum quod videtur quod
pronomen sit vox significativa ad placitum
ex sui primaria institutione. quod quelibet
vox aut est cathegorema et tunc significa
aliquid per se. Aut sicut cathegorematica
et tunc significat cum alio ex sui primaria
institutione. Secundum dubium est quod vide

tur q̄ h̄c in propositione prolatā sp̄
 demonstrat idē. s. in p̄in° me°. et fine er
 go semp̄ correspōdet eadē p̄positio men
 talis. et per p̄n̄ si vna sit de presenti. et a
 lia erit de presenti. Tertū est q̄ si il
 la p̄positio est vera: aut in principio:
 aut i fine. Et neutro° videt q̄ nec i p̄i
 n° in fine est p̄positio: ergo nō est vera.
 Ad primitū illoꝝ respondeo q̄ p̄nomen
 demonstratiū primo instituitur ad ali
 quid significandū determinate ex institu
 tione institutētis. s̄ ex primaria instituti
 one instituitur: ut quilibet hō possit vti
 eo loco noīs p̄prii cuīscūq; rei. Et ido
 dico q̄ ex primaria institutōe est vox ca
 thegorematica nō quia ex primaria insti
 tutōe aliquid determinatū significet sed
 quia ex primaria institutōe habet q̄ gli
 bet p̄t illud proferre ad significandum
 aliquid determinate quod etiā significat
 a noīe p̄prio sc̄t hoc nomen corpus
 xp̄i est p̄priū illi nature xp̄i. sed hoc pro
 nomen significat eandē naturā ex inten
 p̄fentis. Ad 2° dubiū dico q̄ semp̄
 idē demonstratur in p̄in° p̄pōis et in fi
 ne. sed in p̄in° formatur p̄pō de futu
 ro et in fine de presenti. et hoc quia res
 aliter se habent in principio et in fine.
 quia in principio prolationis non ē cor
 pus xp̄i sub illis speciebus. sed erit in fi
 ne. Et ideo in principio correspondet
 sibi p̄positio de futuro et in fine de pre
 senti. Ad 3° dico q̄ p̄positio men
 talis est vera in principio et in fine. Nō
 eadem: sed diuersa. Et causa est quia p̄
 positio mentalis est tota simul et potest
 tota formari in o. vel in paruo tempo
 re. Et quia permanet in principio et in fi
 ne: ideo est vera in principio et in fine: s̄
 p̄positio vocalis n̄ est tota simul sed suc
 cessive: ideo est vera in fine: et non in p̄i

cipio. quia homines sic v̄luntur propo
 sitione vocali. Et hoc denotatur p̄t ta
 lem p̄pōem ec̄ verā ex quo nō p̄t tota
 esse simul. ideo dicitur vera in fine. qui
 audiens eā sic cōcepit esse in re sicut per
 illam p̄pōem denotatur. Si queris q̄re
 nō est vera in principio sicut in fine.
 R̄ndeō q̄ in principio nō est certū ali/
 cui audienti q̄ talis p̄pō dicit hoc aut
 hoc cum audiens nō p̄cipit aliquā p̄po
 sitōem. Similiter qñ dicit q̄ hoc est cor
 pus. adhuc nescit vtrū p̄ferens velit dī
 cere assī vel hoīs. quia audiens nunq;
 p̄cipit sic esse in re sicut per p̄pōes deno
 tatur n̄ in fine. Iō p̄pō vocalis nō ē
 vera in p̄in°: sed solū in fine: iō non seg
 tur in fine nō est p̄pō: ergo in fine nō est
 vera. quia sufficit ad eius veritatē q̄ fu
 it p̄positio. Sed talis p̄n̄ est bona de p̄
 positōne mētali. quia illa est to⁹ simul.
 Ad ar⁹ principale dico q̄ p̄ferens
 sacerdos tam p̄pōem semp̄ ta⁹ in p̄i
 cipio q̄ in fine demonstrat corpus xp̄i:
 sed in p̄in° p̄pō vocalis non est vera n°
 falsa ppter causam dictā: tñ p̄pō mēta
 lis vera est tam in p̄in° q̄ in fine. sed a
 lia et alia. q̄ in p̄in° p̄pō de futuro i fi
 ne de p̄nti et sic finitur 2° quodlibetum
 Explicit 2° quodlibetum.
 Tertia questio tertii quodlibeti.

trum supposito

q̄ deus intelligat et sit cā ef
 ficiēs omniū mediata pos
 sit ex hoc demōstrari q̄ sit
 ifinitē v̄tūs inten⁹. q̄ nō q̄ oīa sūt fini
 ta. g° et efficiētia oīz et intentōe oīm nō
 p̄t p̄bari ifinitas dei. Cōtra ifinito
 rum nec est efficientia nec cognitio . nisi
 finita. q̄ aliter esset maior p̄fectio i esse
 ctib⁹ q̄ i cā s̄ rā effectib⁹ q̄ cognoscib⁹
 e 2

lia sunt infinita. g°. Ad quod dico p° qd supposito qd ds sit efficiens oium: non pot ex hoc sufficienter pbari: qd ds sit infinitus in vigore: qd ex finito effectu vel ex finitis effectibus pdicibilibus: non pot pbari infinitas cœ. sed quilibet effectus pdicibilis a deo est finitus. Similiter omnes effectus simul pdicibiles a deo sunt finiti. g° p efficientia illoz non pot pbari infinitas dei. Sed dico qd ex intellectione oium pfecta non pot demonstrari qd ds sit virtutis infinite: qd nos hemus nunc de facto cognitorem infinitorum generalem et pfectam qd tñ necessario est finita.

Tertio dico qd ex distincta cognitione oium qua cognitio sufficiet discernuntur oia possibilia non pot demonstrari qd ds sit infinite virtutis. qd no pot demonstrari qd p cognitionem finitam pot deus distinctione oia cognoscere. Quarto dico qd ex hoc qd ds est finis omnium non pot demonstrari eius infinitas. Tum qd non potest demonstrari qd sit finis oium. tu qd hoc supposito non pot ex hoc demonstrari ei infinitas. Quinto dico qd ex eius eminentia non pot demonstrari eius infinitas. tu qd non pot demonstrari qd est eminentissimum inter oia. Tum qd hoc supposito non pot ex hoc demonstrari ei infinitas. qd pot esse eminentissimum: ita qd nihil sit melius eo et cum hoc sit finitum. Sed si illa p° h' primū. qd. viii. phil. arguit Aristoteles. sic primū mouens mouet infinito tpe. g° est infinite virtutis. Ans est ppe. una pbatur: qd si mouet tpe infinito. g° pot pdicere successione infinita. qd quilibet motu pot aliqd pdicere: sed posse pdicere infinita est habere potentiam infinitam. Confirmatur qd si pot successione pdicere infinita: tunc infinitus effectus pdicibiles continentur in ei virtute. qd tale agens non pot recipere ab

a virtute agendi. Dreterea illud qd primū est ex se et pot pdicere infinita s' est infinitus. ds est huius. ergo et ceterum. Itē ubi pluralitas arguit maiorem perfectioem qd unitas: ibi infinitas arguit infinitum perfectorem. s' posse pdicere duo vel tria arguit perfectorem maiorem qd posse efficere unum tamen: g° posse efficere infinita: arguit infinitam perfectorem sed ds est huius. g°. Dreterea. viii. philo. pbatur pheus qd primū mouens est sine magnitudine: qd est virtus in magnitudine moueret in instanti isto non valeret nisi esset infinitus in vigore. Dreterea. ix. philo. 7. viii. metha. ponit commentator duplarem motorum celi separatum et punctum. Alterum. non s' motor primus moueret celum immobile moueret in instanti qd dictum nihil ut nisi primus motor sit infinitus in vigore. Contra 3m ubi pluralitas numeralis requirit maiorem perfectioem qd unitas: ibi infinitas requirit infinitam perfectorem. s' intellectio distincta duorum est maioris perfectioris qd unius tantum. ergo intellectio distincta infinitorum est infinite perfectioris. Contra quartum. qd voluntas pot velle maius bonum quocunq; bono finito. qd intellectus pot intelligere maius bonum. Similiter voluntas inclinatur ad appetendum infinitum bonum. s' si finis ultimus non est infinitum bonum: voluntas non posset appetere bonum infinitum. Dreterea impossible est qd sit maius bonum fine ultimo. g° si finis ultimus sit bonum infinitum incompossibile est donum finitum esse. Contra quintum. qd entia non repugnat infinitas. g° primum non est perfectum nisi sit infinitum. qd si est finitum pot ab a excelli. Similiter quilibet possibile est ponendum cui non appetit impossibilitas sed hoc non apparet. g°. Ad primum nego pñam: qd em intentione philosophi

antecedens est verum et non falsum. quia ipse non ponit primum motorem infinitum in vigore. sed solum pdat infinitatem per durationem sine fatigacione et diminutione virtutis mouentis. Ad probatum nem concesso quod potest producere successiva infinita: et vult. sed ultra dico quod habere potentiam ad producendum infinita successive non est habere potentiam infinitam: quia sic sol. Et similiter angelus est infinitus. quod veterum habet potentias producendi infinita: sed hinc potentiam perducendi infinita simul est habere potentiam infinitam: sed talis non habet deus. quod hoc includit contradictionem.

Ad aliud procedo quod deus continet virtutem aliter et simul infinitos effectus successiva producibilis. quod hoc non est aliud quod posse producere infinita successive. sed sic continere non est infinite virtutis. Sic enim unus parvus ignis continet virtutem aliter infinitos effectus. Ad aliud dico quod illa affirmativa est falsa. illud quod quod cum est ex se recte. propter falsam implicacionem. scilicet quod aliquis posset producere infinita simul: quod implicat contradictionem: quia bene sequitur: deus posset producere infinita quodcumque est ex se. ergo deus potest producere infinita. quia licet ex se: non est diminuens nec distrahens. Et sequitur deus potest producere infinita. ergo infinita possunt produci a deo quod includit contradictionem. Et ideo dico quod deus nec ex se nec aliunde potest producere infinita.

Si dicatur quod hoc repugnat deo ex se. Dico quod sic. tamen cum hoc stat quod si essent infinita simul producibilia: deus posset illa simul producere. sed antecedens includit contradictionem. ideo nihil potest ex illo antecedente demonstrative probari sed solum inferri sicut ex impossibili quod-

libet. Ad aliud dico quod illa oppositio generalis ubi pluralitas recte est vera in utrumque sunt eiusdem rationis: sed non est vera quo ad primam partem: nec quo ad secundam: in illis que sunt alterius rationis. Exemplum si unus potest tantum portare unum lapidem: et aliis potest simul portare quartuor eiusdem ponderis vel maioris: ille secundus est perfectior quam primus. Et si quis homo posset simul portare infinitos lapides. alle est infinite virtutis hic portantes lapides sunt eiusdem rationis et speciei. sed non sequitur unus homo potest una vice tantum portare unum lapidem: et equus potest simul portare sex eiusdem vel maioris pondus. ergo equus est perfectior homine. Nec lequitur: homo stans sine casu suo potest tantum portare duos lapides arbor stans sine casu suo: potest simul portare decem. ergo arbor est perfectior homine. et causa est: quia hic portantia sunt alterius rationis. Si dicatur: si unus vel equus potest simul portare infinitos lapides: est infinite perfectionis. ergo illa oppositio tenet in illis que sunt alterius speciei sicut in illis que sunt eiusdem.

Respondeo. verum est quod est infinite perfectionis. quia potest reperiri aliis equis qui non posset portare infinitos et tertius qui non posset portare nisi. scilicet Et in istis semper unus est perfectior alio. et isti quod sunt eiusdem rationis. Sed si nullus potest esse equus quod potiores posset portare: tunc non potest phari infinitae quod per illam propinem ubi pluralitas recte. Si militer videtur minor falsa: propter falsam implicacionem. scilicet quod aliquod efficiens potest tantum facere unum. Tu quod impossibile est esse aliquid efficiens quando potest successiva facere plura individua

eiudem spēi. Tum qz posse facere tria vel quattuor non arguit maiorem perfectionem. quia ignis pars per eamdem virtutem potest facere tria quattuor. immo infinita simul: si tot combustibilia eēnt sibi equaliter approximata. Et ideo sic posse plura non arguit maiorem perfectionē. Sed si essent duo ignes quorum unus possit simul pducere unum ignem eque perfectum cum eo: et aliis possit pducere duos ignes quorum un⁹ esset eque perfectus cum primo igne. et aliis eēt perfectior. tunc secundus ignis est perfectior primo Breuiter. ergo illa ppositio tenet in illis vniuersaliter que sunt eiusdem rōnis modo predicto. sed non tenet vniuersaliter in illis que sunt alterius rationis. Et ideo concedo qz si deus eēt eiusdē rōis cū aliis agentibus creatis: et possit simul pducere infinita excedentia se fin perfectionem sive illa infinita sunt eiusdem rationis sive alterius: tunc possit probari qz eēt infinitus in vi gore. Et concedo etiam qz sicut ex impossibili sequitur quodlibet: qz si possit simul pducere infinita eēt infinite virtutis. s3 antecedens includit contradictionem.

Ad aliud de. 8°. phisico. dico sicut ali as dixi. Ad aliud contra tertiam conclusionem dico qz illa ppositio vbi pluritas rōis est necessaria in illis que sunt eiusdem rationis. et similiter qz infinitas infert infinitatem. verum est in illis que sunt eiusdem rationis. non autem in illis que sunt alterius rationis. Exemplum lignum quod potest resistere maiori igni et pluribus ignibus ne comburatur: habet maiorem virtutem resistendi qz lig⁹ quod solum potest resistere paucioribus vel minori igni. et ideo si esset aliquod lignum quod possit resistere infinitis igni

